

Traditiones Wizenburgenses (Ed. Glöckner) Nr. 249=216

Venerabili in Christo patre Erberto episcopo de monasterio Wizenburgo. Dum non est pluribus incognitum qualiter ego Sigibertus condonavi res meas ad partem sancti Petri vel vobis in pago Saroinse in marca Gisalofinco pro animam Hruadrici manso uno et casa super stabilita in [ea] vero ratione, ut dum Andrada soror mea advixerit, sub usu fructuario ordine habeat excellere et annis singulis in cinso studeat dare denarios sex ad festivitatem sancti Martini. Post quoque discessu sue cum omni integritate ad supradicto monasterio revertatur. Facto presente tempore, sub die XVIII kalendas novembres anno XX regnante Carolo rege. Testes: Erberto episcopo. Hruadhardo. Gerberto. Aldo. Harimanno. Richbaldo. Albrico. Teotberto. Ego Adalandus scripsi et subscripsi.